

Johann Bacmeister

**Rector Academiae Rostochiensis Joannes Bacmeisterus, Phil. & Med. Doctor ac Professor. Ad exequias funebres Quas Elegantissimae virginulae & suavissimo puerulo, Mariae Sibrandes & Hermannulo Deien, Pater & avus ... vir Dn. Joannes Sibrandus, huius Academiae anrecessor ... Hodie ... paratas cupit. Omnes omnium ordinum cives Academicos ... invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1629


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774760613>

Druck Freier  Zugang




Bacmeister, J.,  
in  
M. S i b r a n d  
et  
H. D e j e n.  
Rostock, 1629.

30.







162.  
RECTOR  
ACADEMIE ROSTOCHIENSIS  
JOANNES BACMEISTERUS,

Phil. & Med. Doctorac Professor.

Ad exequias funebres

Quas

*Elegantissima virguncula & suavissi-*

*mo puerulo,*

MARÆ SIBRANDES

&

HERMANNULO DEJEN,



Pater & avus,

*Clarissimus & Consultissimus vir*

DN. JOANNES SIBRANDUS,

hujus Academiæ antecessor, & Syndicus meri-  
tissimus, summo cum animi mœrore

*Hodiè hora mediâ primâ in templo Nicolaitano*

*paratas cupit.*

Omnes omnium ordinum cives Aca-  
demicos officiosè & amanter invitât,

ROSTOCHI

Exscripsit typis JOACHIMUS PEDANUS Acad. Typ-

Anno c15 15 CXXIX.



RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,  
JOANNES BACMEISTERUS,  
Phil. & Med. Doct. ac Professor.



Erissimum esse vulgò  
quoddicitur, Nulla ca-  
lamitas sola, non tan-  
tum quotidiana conte-  
statur experientia, sed  
etiam non sine summo  
animi dolore, experiri cogitur. Vir am-  
plissimus & Consultissimus Dn. JOAN-  
NES SIBRANDUS, J. U. Doctor eximius,  
& Academiæ hujus Professor ac Sindi-  
cus celeberrimus ac meritissimus, qui  
ante paucos dies, 30. nempe proximè  
præteriti mensis Julij, carissimæ conju-  
gi, justa fecit; jam iterum in novum  
ex

ex divino beneplacito, coniectus est luctum, ob insperatum carissimæ filiæ **MARIÆ** & suavissimi pueruli, **HERMANNULI Deyē** ex filia nepotuli. Sic videmus fieri, ut quemadmodū folia foliis, fluctus fluctibus, dies diebus; ita homines hominibus, & una calamitas alteri perpetuò succedant. Antè complures annos Natura avos nostros, postea patres protulit, deindè nos; ac deinceps alios post alios ex communi effinget materia; sed neminem unquam firmiorem præmuniet, ut sibi præ alijs crastinum possit polliceri. Fata enim legem universi, quæ nasci & mori iubet, sine ulla clementia exequuntur; nec propter genus, vel ætatem, vel divitias, vel potentiam alicui indulgent, ut fixum terminum transgrediatur. Incurant quidem nonnulli Naturam, quod nos adeo viles & fragiles abjiciat;



sed illi hanc optimè de nobis merentem, iniquè, injuria afficiunt. Nam per citatissimum mortis incursum, maxima in nos proficiscuntur commoda. Per illū n. ex hac præsentī & calamitosa vita (quæ profectò nihil aliud est, quàm Carcer morborum, labyrinthus errorum, fons curarum, fluvius lachrymarum, mare miseriarum) placidissimè in æternæ lætitiæ & felicitatis portum deferimur. Contigit hæc quoq; felicitas, prædictis virgunculæ & puerulo, quorum hic 3. Aug. intra hora 8. & 9. vespertinam; illa verò 5. ejusdem media, duodecima noctis, placidissimè obdormiscentes ex hujus vitæ ergastulo, miseriis & ærumnis in cœleste domicilium, veramq; beatitudinem evocati, & in certissimam optimorum & nunquam pereuntium bonorum possessionem sunt immissi. Cum verò divinitus  
insitæ

infitæ sint mentibus humanis *σεργαίς* quibus  
ceu. *Φίλων στωέδησε θεός πατέρας τε γόνυσε* non  
dubium est, quin optimus & *Φιλόσεργος* pa-  
rens & avus, in magno mœrore ac lu-  
ctu, tam brevi temporis spatio renova-  
to, versetur. Sed hac cōsolatione firmis-  
sima se sustentabit, quod in tenera hac  
ætate, multis doloribus, molestiis, cala-  
mitatibus & curis, quibus expositi &  
obnoxij sumus diutius viventes, præ-  
repti, ex mortalis parentis & avi ulnis  
in melioris & verioris patris JESU CHRIS-  
TI ulnas sint translati. Præclarum et-  
tiam D. Cypriani dictum sibi accom-  
modabit, quo monemur non esse lu-  
gendos accersione Dominica ex hoc  
seculo liberatos, cum sciamus non eos  
amitti sed præmitti, recedentes præce-  
dere, ut proficiscentes & navigantes  
desiderari eos debere non plangi, nec  
accipiendas hic esse atras vestes, quan-

do illi ibi alba indumenta jam sumpse-  
rint. Natales & familias piè defuncto-  
rum quod attinet, primum lucem hanc  
mundanam aspexit M A R I A SIBRAN-  
DES, nata Anno 1619. die 5. Augusti, quo  
10. ætatis annum complevit, patre viro  
Clarissimo & Consultissimo, Dn. D.  
JOANNE SIBRANDO, cujus supra memi-  
nimus, matre verò ANNA SCHILLINGIA,  
amplissimi quōdam hujus Reip. Con-  
sulis optimè meriti Domini HERMAN-  
NI SCHILLINGII & CHRISTINÆ SASSIÆ,  
ex antiqua & Consulari in hac urbe  
Boldewanorum gente, quæ antè an-  
nos aliquot desit, ortæ, filia: Herman-  
mulus verò originem traxit à patre  
viro Consultissimo & doctissimo Dn.  
JOANNE Deyen J. U. Doctore judicij  
Provincialis Megapolitani advocato &  
procuratore solertissimo; matre DO-  
ROTHEA SIBRANDES Dn. D. SIBRANDI  
filia


filia primogenita, cui in Sacrosancto  
Baptismatis fonte avi materni, Dn.  
Consulis tum temporis, nomen fuit in-  
ditū, Anno 1623, die 12. Novemb. Cum  
autem beatarum animularum exuvia  
hodie in dormitorium suum reponen-  
dæ sint, non dubitamus quin omnes  
Academiae nostræ Cives, Domini Pro-  
fessores, Doctores, Ecclesiae ministri, &  
studiosi adolescentes in gratiam piè  
defunctorum parentis & avi, de Aca-  
demia hac & multis præclarè meriti-  
funeris deductioni, frequentes sint in-  
terfuturi; ita illos officiosè & aman-  
ter rogamus, ut ad horam mediam pri-  
mam in templo Nicolaitano haud gra-  
vatim conveniant, & de incertitudine,  
ac fragilitate vitæ humanæ, de commu-  
nibus miserijs, calamitatibus, & peri-  
culis, de causis mortis & liberatione

ex

ex eadem cogitantes, se ad piam mi-  
grationem, maturè accingant Deoque  
Academiam & Rempubicam hanc  
piis precib9 quàm diligentissimè com-  
mendent. P. P. sub sigillo Rectora-  
tus 7. Augusti Anno cIo Io CXXIX.













institæ sint mentibus huma  
bus ceu *φιλιτρῶ σωέδῃσε θεὸς παύσει*  
dubium est, quin optimus  
rens & avus, in magno mo  
ctu, tam brevi temporis spa  
to, versetur. Sed hac cōsolat  
fima se sustentabit, quod in  
atate, multis doloribus, mo  
mitatibus & curis, quibus  
obnoxij sumus. diutius viv  
repti, ex mortalis parenti  
in melioris & verioris patri  
sti ulnas sint translati. Pra  
tiam D. Cypriani dictum  
modabit, quo monemur  
gendos accersione Domit  
seculo liberatos, cum scian  
amitti sed præmitti, recede  
dere, ut proficiscentes &  
desiderari eos debere non  
accipiendas hic esse atrasve

A 3

